



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. XIII. Excusat ab impletione satisfactionis injusta gravitas, impotentia physica, vel moralis ratione paupertatis, infirmitatis, infamiæ &c. Et ideo non facilè imponenda publica pœnitentia, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

Enimverò nimia dilatio, sufficiens ad morale, nequit certâ aliquâ regulâ determinari; sed necessariò relinquatur iudicio prudentum: jam autem, ut suprà notavimus, quæ uni prudenti videatur dilatio exigua, & solum venialis, ab alio iudicatur gravis & mortalis. Eo semper salvo, quòd ex iusta causa possit differri adimpletio pœnitentiæ injunctæ, non solum ad unum, sed etiam ad plures annos. Nec mirum, cum ex rationabili causa possit omnis pœnitentia absolvente omitti, ut edissero Conclusionem sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO XIII.

Excusat ab impletionem satisfactoris iniusta gravitas, impotentia physica, vel moralis ratione paupertatis, infirmitatis, infamiae &c. Et ideo non facile imponenda publica pœnitentia, nisi ad eam pœnitens obligetur pro tollendo scandalo.

mutatis circumstantiis est pœnitenti facti moraliter impossibilis, quia eam sine gravi commodo explere non potest. Tunc enim nulla potestate opus est, quâ illa in aliam mutetur, sed solum prudenti iudicio, quo causâ cognita iudicetur hic & nunc, vel ex toto, vel ex parte non obligare. Hucusque Conineck.

Ubi nota hæc verba: *Vel longè penam delictus peccatis, quæ pœnitens confessus est, excedat: cum enim defectu exactæ scientiæ gravitatis peccatorum, & pœnarum temporalium correspondentium, nequeat Sacerdos temperatè tingere indivisibile punctum pœnæ debite pro peccatis confessis, hæud facillè propter levem aliquem excessum pœnitentia est omittenda, vel mutanda proprio iudicio; stat enim possessio pro Confessario, cui convenit officio arbitrari circa pœnas debitas. Oportet ergo manifestè constare de notabili aliquo excessu, quoniam hæc pœnæ non consistunt in indivisibili, sed habent latitudinem, ut cum Scorò diffusius disputavimus & conclusimus suprà hæc Sectione Conclus. 3. ad quam remitto Lectorem.*

Hinc non assentior Hiquæo in suo Comment. 4. dist. 19. q. un. n. 81. ubi sic ait: *Ex his sequitur altera Conclusio Doctoris; nempe, si Sacerdos non servet latitudinem debitam satisfactionis, ab eo deficiendo, vel notabiliter excedendo, iudicium illud non esse ratum in celo; tenetur quidem pœnitens ex præcepto Ecclesiæ, cui se subiecit, adimplere pœnitentiam acceptatam, ut in tertio argumento docet; sed exhibitio actus compellitur à Deo per remissionem alterius pœnæ debite, vel ad meritum gratiæ & gloriæ, quia liberalis est in donis suis, nec opera iustitiae relinquunt sine premio: quòd si satisfactorius deficiens, acceptabitur pro rata & valore loci.* Hæc ille.

Sed contra; pœnitentia notabiliter excedens latitudinem debitam, est iniusta, & ideo non ligat; veluti lex iniusta non ligat, quia non vera lex, juxta illud Evodii apud D. August. l. 1. de lib. Arbit. c. 5. *Mibi lex esse non videtur, quæ iniusta non fuerit.* Et illud D. August. lib. 19. de Civit. c. 21. *Quod iure sit, profectò in se sit. Quod autem sit iniuste, nec iure fieri potest. Non enim iura dicenda sunt, vel putanda iniqua hominum constituta.*

Nec contrarium docet Scorò in tertio argumento, ut perperam ait Hiquæus suprà, sic enim inquit Doctor illo loco n. 25. *Item si Sacerdos imponat pœnitentiam aliquantulum maiorem, quam respondeat peccatis, non est prohibita, quin pœnitens teneatur eam implere; ergo aliquid quantum minus pœnâ condignâ, illa videtur sufficere: nam si non sufficeret aliqua extra illam pœnitentiam, quam dicitur divina iustitia: ergo non oportet explere aliam ultra illam punctualem dicitur.*

BOSCO
SACRAMENTA
Pœnitentiæ

279. *Alia est interpretatio pœnæ, alia eius mutatio seu ablatio. Suarez.*

Interpretatio duobus modis fit.

ITa communiter DD. scribentes de hac materia. Suarius disp. 38. sect. 10. n. 1. primam partem Conclusionis non tam probat, quam supponit dicens: *Distingueret oportet interpretationem, seu declarationem, à propria mutatione, sive ablatione pœnæ: interpretatio enim non est actus potestatis, sed prudentiæ vel doctrinæ.*

Et duobus modis habet locum in præsentibus: Primò; si quis rationabiliter iudicet Clavem à principio errasse, & satisfactionem iniustam imposuisse: & ideo declarat pœnitentem non teneri ad illam implendam. Secundò; si à principio fuit iustè imposita, postea verò pœnitens factus est impotens, vel suborta est sufficiens causa, quæ illum excuset: tunc enim etiam habet locum interpretatio, & quando causa seu impotentia reverà est sufficiens ad excusandum, non tenetur pœnitens commutationem postulare; quia nulla est ratio talis obligationis, ut in aliis præceptis, & votis patet: nam quia obligatio cadit in talem actum vel materiam, & ille actus jam non est moraliter possibilis vel conveniens, cessat obligatio. Hæc ille.

286. *Pœna ab initio imprudenter injuncta, aut postea facta moraliter impossibilis non indiget*

Eodem modo loquitur Conineck disp. 10. n. 97. Nota, inquit, primò, nos non agere hic de casu, in quo aut pœnitentia ab initio imprudenter est injuncta, ita ut vel longè pœnas debitas peccatis, quæ pœnitens confessus est, excedat; vel ei sit moraliter impossibilis: aut etsi initio fuerit prudenter injuncta, postea

283. *Impossibilit. Juris ex duobus capitibus. Fig. 6. de Reg. iuris in 6. Lex 185. ff. de iud.*

Lex 15. ff. de Condit. insti.

284. *Satisfactorius physice aut moraliter impossibilis non obligat.*

hic & pleatiam stram bono dendi deber la fit oblig. Nemo faciens sed q

instituta. En tertium argumentum Scoti, in quo, ut vides, nullatenus docet, poenitentem teneri adimplere poenitentiam notabiliter excedentem, sed aliquantulum majorem intrâ latitudinem justam, ut apertissimis verbis docet n. 26. ubi sic ait:

Dico ergo, quod sicut in aliis commutationibus instituta commutativa habet aliquam latitudinem, ita quod non respicit in commutationibus indivisibile, sed medium recte rationis: ita instituta puniiva, qua est commutativa poenae pro culpa, non respicit necessario gradum indivisibilem poenae correspondentem huic culpa, sed est ibi aliqua latitudo, infra quam poenae minor non sufficit, & ultra quam poenae maior non est imponenda: & extra totam istam latitudinem Clavis citra vel extra ligans, errat; & tunc non immerito, qua solvitur in terris, non solvitur in caelis, id est, non ratificatur: sed intra latitudinem non errat, & ideo arbitrium ratificatur in tantum, quod quidquid imponitur intrâ illam latitudinem, hic oportet implere, & si hic non impletur, residuum in Purgatorio exigetur, & si minus imponatur, & explatur, nihil minus exigetur in Purgatorio. Quid clarior dici poterat ad nostrum propositum? Itaque, etiam secundum Scotum, poenitens poenitentiam injusta gravitatis, tamen prius acceptasset, existimans esse justam, injustitia tamen sufficienter cognita, non tenetur adimplere.

283. Impossibilitatis ex duplici capite videtur. Reg. 6. de Reg. Juris in l. 1. ff. de Leg. 1. §. 1. ubi dicitur: Reg. 185. ff. de Leg. 1. §. 1.

Quantum ad impotentiam habemus Reg. Juris 6. de Reg. Juris in 6. Nemo potest ad impossibile obligari. Et leg. 185. ff. eodem titulo Impossibile nulla obligatio est. Impossibilitas verò duplici ex capite oriri solet, aut quia natura impedimento est, veluti montes Alpium ultra mare deferre, dare Solem, Lunam, & Stellam, Caelum ascendere vel digito tangere &c. aut quia jus vel boni mores vetant, veluti rem sacram vel religiosam dari: aut si furti, vel alterius delicti nomine promissio fiat; aut si heredis institutio, aut legatum à testatore ita relictum sit, si parentibus alimenta non praestiterit, si ab hostibus patrem non redemerit &c.

284. Satisfactio physice aut moraliter impossibilis non obligat.

Eleganter Papinianus l. Filius 15. ff. de Condit. institut. Quae facta laedunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram & (ut generaliter dixerim) quae contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est.

Si igitur satisfactio, imposita à Confessario, hic & nunc quando implenda foret, laederet pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & (ut generaliter dixerim) si contra bonos mores fieret, nec facere nos posse credendum est, per consequens nec facere nos debere credendum est, cum impossibile nulla sit obligatio, & nemo possit ad impossibile obligari: Quia (inquit Glossa in Reg. 6. verb. Nemo potest) omnis obligatio aut in dando aut in faciendo consistit ff. de Verb. oblig. l. 2. in principio. Sed quod non est nec esse potest, dari vel fieri non

potest: ergo ibi constituitur nequit obligatio. Item obligatio actionem parit ff. de Proc. Licet §. Ea; sed quod non est, nec esse potest, obligationem parere non potest, & sic nec actionem. Item actio est ius persequendi in iudicio, quod nobis debetur, Infit. de act. 2. resp. debere autem est de alio habere; sed quod non est, nec esse potest, de alio haberi non potest; ergo ibi non est actio & sic nec obligatio.

Breviter ratio Conclusionis est; quia alia praecipua vel leges Ecclesiae non obligant cum impotentia physica aut morali, nam materia legis humanae non est quilibet actus bonus, sed qui sua difficultate, humanam fragilitatem communiter non superat; ergo neque obligat satisfactio, quae est praecipuum aliquod Confessarii, ad impossibile physice, vel moraliter id est, quod sua difficultate hic & nunc communiter superat fragilitatem humanam.

Unde non placet doctrina Joannis Sancieri in Select. disp. 13. n. 11. Ego, inquit, lex exterior ferri non possit, quod aliquis ritè confessus peccata sua, & ab iis legitime absolutus, teneatur eadem iterum denudare, videlicet si lex illa ferretur à Superiore post Confessionem factam, eò quod intolerabilis & nimis rigida foret. . . poterit tamen ferri lex in foro interiori sacramentali à Confessario; cum nec intolerabilis sit, sed potius medicinalis. Non enim Superior ferens legem in communi fatendi peccata semel confessi arbitrari poterit, an medicinale sit, vel non, & necessarium subditis obligationem illam existere, qualiter iudicat Confessarius id expedire poenitenti: at tantum onus imponere subditis abique necessitate, intolerabile putatur prudenter. Nec de virtutibus aequum erit legem inducere, quando illud necessarium non esset, & aliàs difficile esset illis vacare; praesertim dum in poenam alicujus delicti non esset inducta, qualiter à Confessario injungente poenitentiam reiterandae Confessionis fertur in poenam, scilicet criminum sibi patefactorum. Haec tenet Sancierus.

Sed, sicut dixi, haec doctrina non placet, si sic intelligatur, quod Confessarius possit poenitentem invitum cogere ad iteratam Confessionem mortaliem, quando illa non est omnino necessaria ad evitandum peccatum futurum. Vide Conclusionem 6.

Profectò lex exterior, praecipiens iteratam Confessionem peccatorum mortaliem, non minus medicinalis est, quam lex in foro interiori sacramentali, ut probò ex eodem Auctore n. 4. ibi: Obligari poenitentem iterum, vel saepe eadem peccata confiteri, vel indifferenter Confessionem sibi praecipere, sive venialium sive mortaliem, medicinale est ipsi tam ob pudorem, quam ob bonam consuetudinem gignendam ex crebra Confessione. Subsumo ego; atqui ad hos effectus planè impertinetur est, quod crebra Confessio sit debita ex

E e e e e 2 lege

285. Doctrina Joan. Sancieri.

286. Rejectionis.

& oppugnetur ab Auctore.

entia. est poenitenti facta... quia eam sine gravitate... non potest. Tunc enim... quâ illa in aliam... entia iudicio, quo causâ... & nunc, vel ex toto... obligare. Huculque Co...
Ba: Vel longè poenas de... ens confessus est, excedat... exacte scientia gravitatis... natum temporalium coar... neat Sacerdos semper ar... punctum poenae debet... haud facile propter le... m poenitentia est omni... proprio iudicio; stat enim... rio, cui convenit ex offi... nos debitas. Oportet ergo... notabili aliquo excedit... on consistunt in indivi... tudinem, ut cum Scoto... & conclusum super... 2. ad quam remitto Le...
or Hiquæ in suo Com... an. n. 81. ubi sic ait, Ex... conclusio Doctoris; nem... servet latitudinem debi... eo deficiendo; vel nota... dicitur illud non esse ra... tur quidem poenitens ex... ut se subiecit, adimple... tam, ut in tertio argu... hibito actus compen... sationem alterius poenae... am gratiae & gloriae, quia... suis, nec opera iusti... : quod si satisfactio... ur pro rata & valore lo...
tentia notabiliter exce... itam, est injusta, & ideo... injusta non ligat, quia non... d. Evodii apud D. Aug... dit. c. 5. Nihil lex esse non... fuerit. Et illud D. Aug... 2. Quod iure sit, professio... iministe, nec iure fieri potest... unt, vel putanda iniqua bo...
docet Scotus in tertio ar... am ait Hiquæ super, sic... illo loco n. 25. Item si... entiam aliquantulum ma... peccatis, non est probabile... eam implere; ergo si ali... condignâ, illa videtur suffi... ceret aliqua citra illam poe... vna instituta: ergo non opor... tra illâ punitione divina... iustitia.

lege exteriori, vel ex lege in foro interiori sacramentali; ergo si hæc non est intolerabilis, sed potius medicinalis; nec ista erit intolerabilis, sed potius medicinalis.

Infero ulterius: ergo Superior, ferens legem in communi, fatendi peccata semel confessâ, arbitrari poterit, an medicinale sit vel non, & necessarium subditis obligationem illam existere. Quippe prudenter iudicat, crebram Confessionem, quam præcipit, gignere tum pudorem, tum bonam consuetudinem, illumque pudorem, & hanc consuetudinem, licet non omnino necessariam omnibus pœnitentibus, tamen valde utilem esse ad præcavendum peccatum futurum. Cur ergo non possit eam præcipere? Vel si ipse non possit, cur poterit Confessarius, reluctanti pœnitenti eam imponere, quando non est omnino necessaria, sed solum valde utilis? De hoc enim casu quaerimus, ut supra insinuavimus. Non video disparitatem. Cùm ergo Superior non possit, quia talis actus superat communiter fragilitatem humanam, & talis lex potius esset in destructionem, quàm in ædificationem, dico, etiam Confessarium non posse, quia talis pœnitentia magis cederet in destructionem pœnitentis, qui verisimilius eam propter suam difficultatem non adimplebit, quàm in ædificationem.

287.
Probat
communis
doctrina
exemplo
legis com-
munis.

Igitur, ut ad propositum revertamur, sicuti impotentia moralis, id est, nimia difficultas excusat ab implezione legis communis, etiam pœnalis, pari ratione videtur excusare ab implezione præcepti particularis, impositi per Confessarium in foro interiori sacramentali in pœnam criminum sibi patefactorum: excusare, inquam, ex toto, vel ex parte, si pœnitentia imposita est divisibilis secundum pruden-
tiam iudicium omnibus consideratis: v. g. imposita est in pœnitentiam oratio flexis genibus, vel coram Crucifixo, esto infirmitas aliqua excuset, ne pœnitens debeat orare flexis genibus; non ideo semper excusat ab ipsa oratione juxta Reg. 37. de Reg. Juris in 6. *Utile non debet per inutile vitari*; si tamen utile ab inutili separari possit, prout suppono in præsentis casu posse. Cæterum talis & tanta posset esse infirmitas, ut excusaret à toto, id est, etiam ab ipsa oratione.

Reg. 37. de
Reg. Juris in
6.

Similiter aliquis pro pœnitentia accepit eleëmofynam 100. florenorum, supervenit paupertas, ita ut licet possit sine incommodo gravi dare eleëmofynam unius floreni v. g. non tamen sine maximo incommodo eleëmofynam 100. florenorum, tamen tali casu pœnitens excusetur ab eleëmofyna 100. florenorum, non tamen ab eleëmofyna unius floreni, & sic de cæteris; eodem modo, quo aliquis excusaretur, qui vovisset dare eleëmofynam 100. florenorum, vel vovisset orare flexis genibus, superveniente simili infirmitate, vel paupertate.

Et sanè si paupertas vel infirmitas superveniens excusat ab obligatione voti, quæ est juris naturalis, quidni similiter, si non magis, excuset à præcepto Confessarii? Nonne infamia aut aliud grave incommodum extrinsecum Sacramento excusat à formali integritate Confessionis, quæ est juris divini positivi? Cur ergo similiter infamia non excusabit ab implezione satisfactionis? Noli dubitare.

Et ideo non facit imponenda publica pœnitentia, nisi ad eam pœnitens obigeat pro tollendo scandalo, quæ est postrema pars Conclusionis. Ratio patet; quia fieret cum pœnitentis infamia, & aliorum quandoque scandalo; ergo pœnitens non tenetur eam acceptare, nisi sit necessaria pro tollendo scandalo, antea à se dato per peccatum publicum: cùm enim tali casu, etiam absque præcepto Confessarii iure naturali obligetur tollere scandalum, quidni ad illud tollendum per publicam pœnitentiam possit cogi à Confessario?

Hæc est sententia communis; quam docet Coninck supra n. 74. & Suarius supra sect. 6. n. 3. vocans pœnitentiam publicam, non omnem illam, quæ coram aliis fit: nam si ita fiat, ut persona maneat occulta, vel causa; quia est res, quæ sponte fieri solet: vel certe si talis est pœnitentia, ut solet pro levibus peccatis imponi, de his non est dubium, quin imponi possint. Dicitur ergo publica pœnitentia, quæ ita fit coram aliis, ut ex illa colligi possit Confessorem propter grave crimen illam imposuisse. Ita Suarius.

Et quamvis Navarrus (teste Suario supra) in cap. Sacerdos. de Pœnit. d. 6. nu. 87. & in Sum. c. 8. n. 10. neget tales pœnitentias posse imponi, etiam pro peccatis publicis, quia pœnitentia (inquit Navarrus in Sum.) illud est rumpere indirectè sigillum; equidem contrarium videtur docere Conc. Trident. sess. 24. c. 8. de Refor. quod sic incipit: *Apostolus monet, publicè peccantes, palam esse corrigendos. Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo essent commotos, fuisse non sit dubitandum; huic condignam pro modo culpa pœnitentiam publicè iniungi oportet, ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit, sua emendationis testimonio ad rectam revertat vitam. Episcopus tamen publicè hoc pœnitentia genus, in aliud secretum potest commutare, quando ita magis iudicaverit expedire.* Et ante Trident. idem docet Alexander (aliàs Calixtus) Paps. ubi dicitur de Pœnit. & Remiss. c. 1. *Manifesta, inquit, peccata non sunt occultâ correctione purganda.*

Respondet Navarrus supra; hoc jus intelligendum in foro mixto exteriori, in quo (subjungit) posset intelligi hoc dictum Concilii, & non in foro interiori, quod significat dictum Concilium in tribuendo potestatem Episcopis mutandi pœnitentiam publicam, de qua

291.
Respondet
ad aliam
objectionem.

292.
Rationes
Navarri.

nitentia.

s vel infirmitas super-
vagatione voti, quae est juris
iliter, si non magis, ex-
fessarii? Nonne infamia
ommodum extrinsecum
formali integritate Con-
ris divini positivi? Cur
non exculabit ab imple-
Noli dubitare.
ponenda publica penitenti-
getur pro tollendo scandalo,
Conclusionis. Ratio qua
penitentis infamia, &
scandalo; ergo penitens
ceptare, nisi sit necessaria
, antea à se dato per pec-
am enim tali casu, etiam
fessarii jure naturali ob-
um; quidni ad illud tol-
penitentiam possit cogi

communis; quam docet
& Svarius supra sect. 6.
iam publicam, non om-
niam alius sit: nam si ista fiat,
ulta, vel causa; quia est
olet: vel certe si talis est
pro levibus peccatis im-
dubium, quia imponi
publica penitentia, quae
ex illa colligi possit Con-
ve crimen illam impo-

nis (teste Suario supra)
cent. d. 6. nu. 87. & in
tales penitentias possit
peccatis publicis, quia
Sum.) illud esset rari-
; equidem contrarium
Trident. sess. 24. c. 8.
ipit: Apostolus monet, pu-
e corripiendos. Quando igi-
in multorum conspectu cri-
unde alios scandalo offender
dubitandum; huc condi-
nitentiam publicè innuigi
suo ad malos mores pro-
testimonio ad rectam revo-
en publica hoc penitentia
poterit commutare, quando
dare. Et ante Trident.

supra; hoc jus intel-
xto exteriori, in quo
elligi hoc dictum Con-
teriori, quod significat
tribuendo potestatem
nitentiam publicam, de
qua

Sect. 13. De Satisfactione sacramentali. Concl. 13. 957

qua loquitur; tum quia non est receden-
dum ab antiquo jure, quando novum ad id nos
non compellit.

Itaque, insert hic Auctor, credo Confessa-
rium non debere palam facere indirectè, quod
penitens sibi confessus fuit aliquod peccatum
publicum scandalosum, imponendo ei pœni-
tentiam publicam, sic ut credatur ab illo fuisse
data; quamquam bene potest imponere ita,
ut crederetur, penitentem illud à se facere
ad edificationem eorum, quos scandalizavit
dicendo se id facere, quò sciant se ex animo
penitere, percipereque ne quis ejus exem-
plo peccet. Hactenus Navarrus in Sum. loco
citato.

Porro in cap. Sacerdos de Pœnit. dist. 6.
n. 87. & sequentibus latius examinatur hanc
difficultatem; & fatetur n. 93. DD. & etiam
D. Thom. 4. dist. 14. qu. 1. a. 5. intelligere
prædictum textum de Pœnitentia sacramen-
tali. Pro quibus, inquit, facit etiam consue-
tudo Pœnitentiariorum Papæ, & quorum-
dam Episcoporum, qui peccatores sibi con-
fessos peccata gravia reservata, quandoque in
publico spectaculo verberant. Tertio facit
quòd in illo Tit. de Pœnit. tractari videtur
solum de Pœnitentia sacramentali, ut patet in
cap. Significavit. cap. Quod quidam. cap. Deus.
cap. Offici. cap. Omnis. cap. Cum infirmitas. cap.
finali. Ita sibi objicit hic Auctor.

Sed (inquit n. 94.) hæc facile confutatur:
nam qui per alium aliquod facit, ipse vi-
detur id facere, & ideo qui per penitentem
revelat, cogendo illum publicè penitere, per
se videtur revelare. Neque obstat quod de
Pœnitentiariis ac Vicariis prædictis dicitur:
nam illi non verberant ob peccata, sed ob ex-
communicationem, cujus absolutio non est
sacramentalis, sed potius exterioris fori per
ea, quæ traduntur in cap. Transmissam de Elect.
cap. Duobus de Sent. Excom. atque ideo per
Clericos minorum Ordinum fieri potest, ut
tradit S. Thomas 4. dist. 18. a. 2. q. 2. licet
Nostrum non satis aperuerint.

Quòd si pro peccato, eis clam aperto, illud,
sine facultate id publicandi, faciunt, videtur
mihi cum Durando incautè factum; quoniam
negari non potest, per talem penitentiam sal-
tem indirectè prodi penitentem à Confessa-
rio, quod non licet per cap. Omnis de Pœnit.
& cap. Nostrium.

Ad hunc modum intelligendi rejiciendum,
magnopere me movet, Primò; quòd si verus
esset, terrarent omnes ferè Confessarii, quos
quotidie videmus pro publicis criminibus se-
cretas imponere penitentias. Deinde; quòd
penitentia illa, de qua cap. 1. agit, invito
imponitur secundum Omnes: at communiori
calculo receptum est, absolvendum illum, qui
aliàs legitime confessus est, quamvis nullam,
vel non nisi parvam penitentiam velit ac-

ceptare, modò proponat se aliter vel hic, vel
in Purgatorio Deo satisfacturum, ut post Ho-
stiensem, Panormitanum & Alii tradiderunt,
& post alios Theologos non semel docuit Ca-
jeranus, quod & nos supra tenuimus in cap.
Consideret. Si igitur in eo foro non tenetur ad
acceptandum id, quod imponitur ei secretissi-
mum, quomodo tenebitur ad acceptandum
publicum? Igitur id cap. 1. de penitentia
fori exterioris loquitur. Tertio movet; quòd
multa illius tituli capitula loquuntur etiam de
satisfactione non sacramentali, ut c. 2. c. Quod
autem. c. Licet. c. Questum. c. Cum ex eo. c.
pen.

Hosienst.
Panormitan.
Cajetanus.

Tenendo tamen sententiam quæ mihi verò
propior visa est, posse Confessionem revelari
de consentientis consensu, verum crediderim,
sponte suscipienti, posse pro publico peccato
publicam injungi penitentiam. Non eà ra-
tione quæ moventur alii, sed quòd eam susci-
piens expressè vel tacitè consentiat suæ Con-
fessionis publicationi ex justa causa; nempe
Deo & populo, quos scandalizarat, satisfaci-
endi, quod temperandum est, dummodo ea
penitentia fiat coram eis, quibus ille erat in-
famias. Intellectus ergo verus illius capitis ille
fuerit: Manifesta peccata purganda correctio-
ne manifestà, in foro scilicet exteriori non in-
teriori, & etiam in interiori, si vel sponte pe-
tat, vel suscipiat penitens illam. Hucusque
Navar.

& limitatio
sententia
ipius.

Fortè in re ipsa parum vel nihil dissentiens
à communi sententia, quæ non docet, Con-
fessarium passim propter peccatum publicum
posse imponere publicam penitentiam, & ad
eam cogere penitentem involuntarium; hæc
enim esset res nimis periculosa, quia talis pe-
nitentia moraliter vix implenda, sed tunc so-
lùm posse cogere quodammodo penitentem,
ad acceptandam publicam penitentiam, quan-
do ex jure naturali, secluso præcepto Con-
fessarii, ipse tenetur penitentiam illam publi-
cam agere ad tollendum scandalum; cogere,
inquam, negando aliter Absolutionem, quæ
alioquin indignus est propter indispositionem,
id est, defectu propositi de cætero non pec-
candi. Simili modo, quo potest cogere peni-
tentem ad restitutionem, ad evitandam oc-
casionem proximam peccati &c. volendo eum
absolvere, nisi firmiter proponat restituere,
evitare occasionem proximam peccati, v. g.
dimittere concubinam &c.

293,
Parum vel
nihil dissent-
it à commu-
nium senten-
tia.

Igitur hoc est, quod me movet ad intelli-
gendum prædictum textum, uti etiam Concilii
Tridentinum, & alia jura similia, non tantum
de penitentia in foro exteriori, sed etiam in-
teriori seu sacramentali; non quidem absolutè
& generaliter pro omni casu, sed quando omni-
bus consideratis jure naturæ tenetur penitens
publicè penitere ad satisfaciendum Ecclesiæ,
quam scandalizarat suis peccatis.

Quomodo
intelligenda
communis
sententia.

Eeeee 3 Ex quo

291.
Respondet
ad aliam
objectionem.

292.
Rationes
Navarri.

294. Respond. ad 1. rationem Navarr.

Ex quo patet responsio ad primum moti-
vum Navari supra; videlicet, non errare
Confessarios, quos videmus quotidie pro pu-
bliciis peccatis lecretas imponere pœnitenti-
as; id enim faciunt, quia publica pœnitentia om-
nibus consideratis non judicatur necessaria ad
tollendum scandalum, vel quia nullum scan-
dalum ortum fuit, vel quia alio medio com-
modius putatur tollendum.

Ad secun-
dam.

Quantum ad secundum motivum; commu-
niori calculo receptum est, ut patet ex dictis
Concl. 9. non debere absolvi pœnitentem,
qui sine justa causa renuit acceptare pœniten-
tiam lecretam, prudenter à Confessario impo-
sitam. Et admittitur sententiâ Navari, & Alio-
rum paucorum; disparitas est, quod pœnitens
in casu nostro jure naturæ teneatur publicè
pœnitere; ergo illam pœnitentiam publicam
teneatur acceptare, estò non deberet acceptare
pœnitentiam privatam, ad quam jure naturæ
non teneatur.

295. Ad tertiam.

Tertium motivum Navari eliditur alio si-
mili motivo, quia nempe, ut ipsemet fatetur,
etiam multa illius Tituli capitula loquuntur
de pœnitentia sacramentali; ergo ex ea parte
non est ratio quare cap. 1. debeat potius in-
telligi de pœnitentia fori externi, quàm sacra-
mentalisi. Quapropter dico cum Catechismo
Rom. p. 2. c. 5. q. 63. ubi manifestè agitur
de satisfactione sacramentali: *Si interdum ob pu-
blicam offensionem, publica pœnitentia prescriben-
da fuerit; quamvis eam pœnitens refugiat, ac de-
preceatur, non erit facile audiendus: verùm persua-
dere ei oportebit, ut quæ tum sibi, tum aliis saluta-
ria futura sunt, libenti atque alacri animo susci-
piat.*

296.

Aliquando
potest im-
poni publi-
ca pœni-
tentia pro
criminibus
occultis.

Immo id ipsum aliquando non inconsultum
erit, estò crimina sint occulta, ut idem Ca-
techismus docet ibidem qu. 55. his verbis:
*Præterea pœnitentia nostra exempla alios docent,
quemodo ipsi vitam instituere, & pietatem sequi de-
beant. Cum enim penas pro peccatis nostris irro-
gatas ceteri homines intuentur, & summam cautio-
nem sibi in omni vita adhibendam, & mores pristinos
corrigendos esse intelligunt. Quare sapientissimè
illud ab Ecclesia observatum est, ut cum ab aliquo
publicè flagitium commissum esset, publica etiam pœ-
nitentia ei indiceretur, ut ceteri timore perterriti,
deinceps peccata diligentius vitarent: quod etiam in
oculis criminibus, quæ graviora essent, interdum
fieri solitum erat. Sed in publicis, ut diximus, hoc
perpetuum fuit, ut qui ea commiserant, antequam
publicam pœnitentiam suscepissent, non absolve-
rentur.*

Vbi nota ly *Interdum*, quia ordinariè id non
expedit, quia contra bonam famam pœniten-
tis, quæ censetur adhuc integra, cum supponantur
peccata esse occulta. Quando autem
peccata sunt publica, famâ utique jam amissâ,
non sequitur ex pœnitentia publica nova infamatio
pœnitentis, & aliunde non revelatur

peccatum nisi ab ipso pœnitente, adeoque re
indirectè quidem violatur sigillum.

Si dixeris; pœnitens facit id coactus, Res-
pondeo; sed justè coactus, quia teneatur Con-
fessarius illam pœnitentiam imponere, & re-
luctantem non absolvere. Dico; Teneatur, quia
si non sit pœnitentia omnino necessaria, quam-
vis valde expediens & utilis tam Communi-
tati, quàm ipsi pœnitenti, estò posset eam li-
benti animo acceptanti imponere; equidem
reluctans cogendus non foret: quippe, ut su-
prà notavi, talis curatio est valde periculosa,
quia moraliter vix talis pœnitentia implenda,
præsertim si peccata sint occulta, cum unius-
que sit maxima cura boni nominis, & infam-
ia sit justa causa non implendi satisfactio-
nem.

Sed numquid etiam oblivio est justa causa?
Numquid pœnitens, qui per seipsum non po-
test explere satisfactionem ob impotentiam
physicam, vel moralem, teneatur illam ex-
plere per alium? Aut fortè non peccat, qui
potest eam per se implere, implet autem per
alium? Respondeo & Dico decimoquarto:

CONCLUSIO XIV.

Oblicus pœnitentiæ, non teneatur
Confessionem iterare. Con-
fessarius pœnitentiæ, teneatur eam
per seipsum explere, nisi fortè
aliud declaraverit Sacerdos;
aut talis sit, quæ per alium fieri
soleat.

Prima pars est communis, etiam intellecta
de oblivione culpabili, de qua Aliqui con-
trarium docent, sed sine solido fundamento,
quod tamen videtur necessarium, ad impo-
nendam tam gravem obligationem iteratæ
Confessionis eorum peccatorum, à quibus
pœnitens semel directè fuit absolutus. Hæc
ergo sit ratio Conclusionis; non est imponen-
da obligatio iteratæ Confessionis, ubi nec jus
divinum, nec jus Ecclesiasticum, eam impo-
nit, sed in hoc casu neque jus divinum, neque
jus Ecclesiasticum eam imponit; ergo non est
imponenda.

Quin immo, inquis, jus divinum imponit;
nam jure divino teneatur pœnitens curare
quantum commodè potest, ut Pœnitentiæ Sa-
cramentum sit integrum; sed Sacramentum
non est integrum, & omnino completum non
adimpletâ pœnitentiâ, sit verò integrum, si
adimpleatur pœnitentia, quæ fuit in prima,
aut in secunda Confessione per commutatio-
nem injuncta; ergo pœnitens teneatur iterum
confi-

BOSCO